



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§.4. Probare debeat Christus se mundum esse in oculis hominum, licet mundus esset in oculis Dei.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53104](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53104)

XX. *animsimus quod ei plus gratia collatum fuerit ad vincendum omni ex parte peccatum, quia concipere ac parere meruit eum, quem non habuit nullam habuisse peccatum. Hac ergo virgine excepta si omnes illos sanctos & sanctas congregare possemus, & interrogare, utrum essent sine peccato: nonne una voce clamarent: Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est.*

§ 4. Probare debet Christus se mundum esse in oculis hominum, licet mundus esset in oculis Dei.

12 **Q**uis ex vobis arguet me de peccato? Licet praedicta certa sint, quod nulli Christus habuerit peccatum, non macula aliquam, non eius vestigium, quodque hoc requireretur & conueniret, ut dignè magistri & Redemptoris officium expleat, quod in se susceperat: erat tamen insuper necessarium, ut hoc hominibus constaret & hinc fieret in confessu totius mundi rata certificatio, qua ut Redemptor & magister agnosceretur. Trinitat D. Cyril. Alex. propositio conuenienter, quod Deus discessit in fabrica tabernaculi, ut enim notat Apostolus voluit ut ex duabus partibus erigeretur: una exteriori interiori altera, in exteriori & prima parte candelabrum erat luminis cum septem spicis earum singulis clarissima luce radiantibus, oleo fons purissimo, similiter & altare aureum in quo incensum & aromata, imo & illud suaue flagrans Thymiana adolebantur, tam suauis odore gratum ut commotum Deo peccata mitigaret; in interiori & secunda parte, arca iacebat mystica suo contexta propitiatorio, ex auro & Cherebinis, haec etenim erat Dei sedes in qua velut in Throno suae maiestatis excelso representabatur. Haec pars dicebatur: *Sancta Sanctorum* vel ut alij legunt: *Sanctitas Sanctitatum* id est fons & omnium origo Sanctitatum, Exterior vocabatur *Sancta* in neutro id est, quid ab omni parte Sanctum: cum enim haec pars exterior sic verita esset illi interiori *Sancta Sanctorum*, non dubium est quin illi ex ea redundare debebat, ut in omnibus, & per omnia foret sancta. Erat haec autem parua, eiusque lucis manifesta claritas, nec non odorum suauitas omnium oculis patentissima. Pars interior vero contexta latebat, ad quam nedum intrare nefas erat, sed nec illam videre licebat manifestè. Diuinum est hoc arcanum (teste D. Cyril.) & quodnam illud scilicet quod tabernaculum illud expressim praeferebat Messiae venturi

Hieron. Bapt. de Lanna Tom. III.

ri figuram, in quo futuræ essent velut duæ partes. Una *Sancta Sanctorum* vel *Sanctitas Sanctitatum* nempe Sanctissima Diuinitas, fons & fecunditudo cuiuscumque siue in caelo, siue in terra, Sanctitatis: Arca quoque thesaurorum Dei. Altera, *Sancta* eius nempe humanitas cum in *Sancta*, in corpore, in anima, cogitationibus, verbis, & operibus: Sanctitas, inquam, quæ illi dimanabat ex coniunctione & unione diuinitatis, ut ante dictum est, illique quadrat optimè notem *Sancta* sicut declarauit Angelus, cum in illo quod ante declarauimus, Virgine Sanctissima dicitur: *Quod cum te nascetur, Sanctum*. Illa pars interior Luc. 1.35. velo nostræ mortalitatis tecta latebat abscondita: *Per velamen id est carnem suam* ait Apostolus: *erat etenim Christi diuinitas invisibilis, & ita hominum oculis abscondita, ut vere dicere potuerit Vates Evangelicus: Verò tu es Deus absconditus.*

Si autem conueniebat ut Christus nostræ redemptionis opus perageret: illud enim fieri debebat per mortem eius: etenim si diuinitatem manifestasset, in eum manus mittere nemo poterat: *Si enim cognouissent, nunquam Dominum gloria crucifixissent.* Pars exterior quæ eius erat humanitas, omnium oculis debebat esse manifesta, quatenus completeretur illud Isaiæ Vatis oraculum: *Videbit omnis caro salutare Dei.* Nec non aperta patere debebat coram omnibus lucis eius claritas, odorumque suauitas: quæ Deo in sacrificium adolebatur. Duo conueniebant Messiae: verborum doctrinaeque lumen, quo nos illuminaret, Magister esset & doceret, nec non operum fragrantia, quibus nos redimeret. Eius doctrinam conueniebat esse adeo securam ac certam, ut ab omnibus agnosceretur quod nullum quo nos irretiret, mendacium, erroremque complecteretur. Eius autem opera adeo sancta ut nullis esset peccatis obnoxia, quibus non solum Deum nobis non reconciliaret, sed grauiter offenderet ac contra se pronocaret. His suppositis: expediens erat ut quatenus illum homines ut talem recipere, integram daret satisfactionem ita ut clarè nudèque cognoscerent, veram eius esse doctrinam, opera sancta & ab omni prorsus peccato aliena. Hoc à Christo requirebatur & hoc ipse perfecit.

Sic nobis declarat Evangelista Ioan. velut tabernaculum ex duabus partibus caeleste diuinitate & humanitate, dicendo: *Verbum caro factum est & addit dicens: partem suam humanitatis exteriori omnium oculis patefecisse: vidimus enim eum, inquit, plenum gratiæ & veritatis,*

Z z z ac

actualis quidem qualem quis ab eo sperare possit, qui Dei Filius esset: *Vidimus gloriam eius quasi unigeniti à Patre plenum gratia & veritate. Veritas, est sapientia & doctrina signata per tabernaculum: gratia est sanctitas purissima, qua adeo plenus effulsit: ut quidquid egerit, diuino placuerit conspectu, velut atoma quolibet odore fragrantius. Porro hæc sanctitas requirebatur in ipso adeo patula, ut eam omnium oculi contingerentur.*

Isa. 62. 2.

Hoc innuit *Isaias: Vadebunt gentes iustitiam tuam Legunt alij: Vadebunt iustitiam tuam.* Ad litteram de Christo loquitur: ut enim Sanctitatem eius, ac iustitiam exponat, illum vocat ipsam iustitiam. Nec ait, videbunt Messiam, sed iustitiam tuam, quia iustitia eius ac sanctitas futura erat omnium oculis adeo manifesta, ut omnes cognoscerent eum tanta eminere iustitia, ut nihil sit quod eius inquinaret sanctitatem: ut hoc igitur ratum faceret Dominus iam morti proximus, securam, tutamque iustitiam huius veritatis confirmationem: qua toti mundo pateret, & vite lux mundities & doctrine sine errore integritas.

IV.

Veramque Christum confirmat, dum se lucem appellat. In eum finem longam insinuat in medio templi concionem coram inimicis suis acerbissimis, Principibus scilicet sacerdotum & Doctorem in totius populi synagoga, cuius partem hodiernum complectitur Evangelium: cuius prologus ex hesternis ordinibus Evangelio: *Ego sum lux mundi, qui sequitur me non ambulat in tenebris, sed habet lumen vite.*

13

Lux munditiam significat & puritatem, eò quòd illam in se contineat in gradu adeo excellenti ut nihil sit quòd eam possit inquinare, tantumque abest ab omni tenebrarum receptione, ut illis totaliter opponatur, & ubi illa respicendit illæ nullatenus valeant consistere: unde dixit

2. Cor. 6.

Apostolus. *Qua conuentio luci ad tenebras? Quocirca Evangelista Ioannes ipsius Dei in se puritatem expositurus eodem vitur simbolo: Deus lux est & tenebra in eo non sunt, vlla.* Per eandem se Christus representat, purissimam suam declaraturus munditiam, puritatemque mundissimam, dicendo: *Ego sum lux mundi.* Quod & ipsi eius inimici intellexerunt: quandoquidem confessim ut demones prodierint, dicendo: quòd ipse hoc de se testaretur, sed non probaret, nec debere dictis illius fidem adhiberi: *Tu de te ipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est verum.* Respondet illis Christus: *Primo demonstrans, suum per se se lum debere recipi testimonium ut heri diximus. Deinde dicendo quòd solus non esset ipse, qui hoc testaretur, sed hoc*

14.

1. Ioa. 1. 5.

Patris sui roborari testimonio: *Ego testimonium perhibeo de me ipso & testimonium perhibeo de me quòd misit me Pater.* Duo sunt testes, totidemque testimonia, quibus probari indicari & examinari Dux sùt potest alicuius rei bonitas: Dei scilicet & hominis species. nù illud primò est, principale totum & infallibile testimonium Dei: hoc secundò est testimonium hominis. Quocirca ad bonitatis sue ac Sanctitatis confirmationem Diuinum 2. Cor. 10. Christus prius profert iudicium, atque hoc sibi suffragari: Hoc de clarat dum se lucem inscribit: *Ego sum lux mundi; omnibus obuiò est creaturæ ceteris perfectiorem inter visibiles, diuina manu procreatas, esse lucem ut heri probauimus, ut autem constaret quòd nullum in se pariat defectum, ipse voluit hoc Deus ratificare, & quasi ad tribunal producta eà circumquaque conspexit, viditque bonam: Dixit Deus sicut lux & facta est lux. Et vidit Deus lucem quòd esset bona.* Creauit eam, & intus est diligenter, quasi subiiciens Lux à examini, ad forte defectu aliquo vel macula laboraret (nostro loquedi modo (sicut pictor qui batur bo- suo protraxit parumper ab illa discedit, ut examinet & recognoscat, quam sit ad attem còposita, & aut bene est placet: sic etiam dicamus, quòd Deus producens lucem, eam inuener & ex indultria oculos suos in eam desecit, & ait: placet: nulla macula conspergitur, nullo est defectu reprehensibilis. Hoc spectat, ut opinor ipse Christus, dum ait: *Ego lux sum mundi.* Habet lux ad sui prædicationem oculorum Dei testimonium, & sapientissimi eius iudicij decreta: hoc & ego sentio vel ut melius dicamus; ad hoc alludit, quod de eodem Domino, qui sapientia est æterna scribebatur: *Ubiq; attingit propriam suam munditiam & candorem: sed ubi nihil inquinatum in eam intraret. Candor est lucis æterna & speculum sine macula.* Christus la Dei manifestatus & imago bonitatis illius. Nulla dicitur esse in eo macula, nulla sordes, fuligo nulla, est candor æterni Candor lucis æternæ.

Lucis.

Sacra Scriptura ut aliquid indicet esse purissimum, nominat illud candidum: est enim color VIII. albus magis ex luce participas: unde etiam Math. Candor Evangelista testatur de vestimentis Christi: *Vestimenta autem eius facta sunt alba, sicut nix.* D. Luc. indicat. testatur: *Vestitus eius albus ac resplendet.* Quod E. Mat. 22. 2. uangelista D. Math. & Marc. referunt de Ange. Luc. 29. lo in resurrectione Domini: *Vestimentum eius sicut nix.* D. Luc. ponit: *In veste fulgenti.* Hoc da. Marc. 16. to dicere de Christo quòd candor sit lucis æternæ, significat quòd lux sit purissima, clarissima, Luc. 14. 4. diuino

Amno splendore fulgentissima, ut nec caliginis alicuius admittat ipsa vestigium. Quam pura de se est ipsa lux? Aquas penetrat, & non madescit: lutum & non inquinatur: sordes, & non contaminatur: carbones, & non denigratur, virores, & non virefcit: talis Christus esse commendatur: etenim conuersatus est, & ambulauit inter peccatores, vlturios, lenones, Publicanos, sed mansit ipsis stellis soleque fulgentior. O mentis inopes, ait D. Cyril. quid obgaunitis? *Quare cum peccatoribus manducat magister vestes?* An non videtis quod lux sit, quæ inter spurcissimas immunditias purissimam suam conseruat munditiam? O te imprudentem, loquitur D. Pet. Chrysol. Simonem, qui tam stultis obmutuas rationibus, & peruerso Christum arguis iudicio, quod videas Christum sui corporis contactum permittere peccatrici. An non vides lucem hanc purissimam, quæ inter maxime horrentem plagam ac saniem, solem ipsum candore auerterat: *Candor est lucis æternæ, & nihil inquinatum in eam incurrit.*

L. de ador. in Spiritu. Mat. 9. 11. Serm. 93.

IX. Vltimus ait: *Speculum est sine macula Dei manifestatus.* q. d. Deus illum intuetur, & seipsum in illo velut in speculo contempletur, in quo speculum nullam offendit maculam. Sunt autem Dei oculi adeo perspicaces, ut nulla sit creatura, in qua non aliquem inueniat defectum: *Nullus apud te per se innocens est,* aiebat Domino Moyses. Hoc ipsum Iob mortalibus cruciabat angustijs, sic ut diceret: *Si lotus fuero quasi aqua nix, & fulserim velut mundissima manus mea, tamen fordsibus intinges me, & abominabuntur me vestimenta mea.* Hoc ipsum vehementer angebat Apoll. cum ait: *Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Qui enim intuetur me, Dominus est.* Adeo limpidi sunt Dei oculi, ut etiam in Angelis suis repererit prauitatem eo modo, quo declarant Theologi, & verax ait Iob: *In Angelis suis reperit prauitatem.* Igitur videamus: an Deus oculos suos in Christum firmavit? tanto studio fecit hoc, quanto mulier speculum intuetur formæ suæ curiosissima: *Speculum est in quo contempletur seipsum & inquit ab æterno oculos suos defixit diuinitissimos.* An in eo defectum reperit? absit omnino? *Sine macula.* Audi Patris de eo testimonium altisona voce declamatum: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit.*

X. Ut finem his tandem imponamus, subiungit: *Etiam Imago bonitatis illius.* Est lux, ac consequenter bona. Quam bona? ut sit imago bonitatis Dei: *Libros cons. ripit D. Hieron. duos contra Pelag. Dei.*

gians, ut amplitudine ita profundissima doctrina spectatissimos magnum expendens discernens, quod est inter bonitatem ac sanctitatem hominum & Dei: illa etenim quosdam secum patitur defectus, & imperfectiones quæ etiam in illis, quos cæteris sanctitate præponimus, inueniuntur, attamen Dei bonitas, eiusque sanctitas, omnem respuit imperfectionem, signumque fuliginis, de qua ea de causa Saluator ait: *Nemo bonus nisi solus Deus,* hæc est illa puritas, & munditia Redemptoris: *Imago bonitatis illius.* Hoc igitur est primum verumque testimonium, quo suam Christus testatur puritatem, & probat innocentiam, suam scilicet æternique Patris testimonium: *Ego testimonium perhibeo de me ipso, & testimonium perhibet de me, qui misit me, Pater.* Testimonium est hoc securum & irrefragabile, & quod nullum concedat locum calumiatori. Mura hic occurrerent dicenda, ut declararem, quæ ratione Pater testimonium dederit, & Filius & Spiritus S. potissimum in Iordane, ubi se Pater in voce manifestauit, & Filius in humanitate, & Spiritus S. in columba, ut possemus effari: *Tres sunt qui testimonium dant in celo, Pater, Verbum, & Spiritus S. Quomodo dederit Pater testimonium, patet euidenter ex eo, quod tunc temporis dixerit: Hic est Filius meus dilectus.* Qualiter hoc dederit Spiritus S. liquide constat, cum resederit super eum cum plenitudine in figura columba. Quomodo hæc Filius perhibuit? Hoc enim est de seipso testari. Dico quod Filius secundum quod Deus, de seipso testimonium dederit, secundum quod homo, ut SS. Patres exponunt.

Luc. 18. 19. 1. Ioa. 5. 7.

§. 5. Dicebat turbis Iudæorum & Principibus Sacerdotum. *Conueniebat ut Christus hanc de sua puritate ratificationem institueret coram principibus & populo, iuxta de vacca rufa præscriptum.*

Let sit certum, quod Dei testimonium, sufficeret, quo Dominus ratam & irrefragabilem suam testaretur innocentiam. ut tamen cunctis os inimicis obstrueret, strictam etiam coram illis ipsis instituit ratificationem, qui eum erant occisuri, & quibus, ut hanc illi mortem infligerent, primò debebat eius constare mundities. Hoc aggreditur in epologo suæ concionis, quam coram illis habuit, & qua præsens orditur Evangelium. *Dicebat Iesus turbis Iudæorum, & principibus Sacerdotum: quis*

14

